De vltima ſyllaba

Vltima noteſcet triplici ratione latinis
Dyphthōgo vt muſe. poſitu quoqꝫ ſicut amarēt
Regula predictis q̄ꝫ plurima iungitur apte.

In A

¶ Omnia lector in a debes producere ſicut
Interea contra. tolles ita vel quia tantum
Vltra vel fruſtra verum communia legi
Jma vehunt celi luxit dū fruſtra frequenter ruff.
Curaqꝫ nil prodeſt nec ducitur vltra cicatrix. ſerenus
Induperatiuum prime producito ſemper.
¶ Caſus in a breuis eſt preterq̄ꝫ ſextus vt aula
Quintus item grecus quem rectus in as generabit
O palla enea diama bicia peleaqꝫ.
¶ In rectoqꝫ etiam muliebria ſepe pelaſgum
Produxere velut tegea nemeaqꝫ theaue.
¶ In ginta inuenio communia corripe genta
Quadringenta docet vel quinquaginta michael
Quinquaginta viros prologo dixere ſecūdo in th.
Quadraginta dedit gracchus ſeſtercia dotem. inue.z.

In E

¶ Producuntur in e monoſyllaba me ceu te ſe
Jpſaqꝫ pro et breuiat. que longa eſt ſemper vbiqꝫ
Rite ne pro an breuis eſt prohibens ne longa manebit.
Nē quoqꝫ pro certe vel pro vt non longa docetur
Ve populo dicens producas corripe pro vel
Femineum nomen grecorum ſit tibi longum
Penelope lybie nerine pandit abunde
Quinte ablatiuum produc terne breuiabis
Excipiturqꝫ fame. tabe communis habetur
Diphthongus prime genitiui ſiue datiui
Recti vel quinti plurales ſunt bene longi